


Friderei,  
Christ. Ant.  
De Moshemi  
merito.  
1743.









7035.

37

DE  
MAGNI MOSHEMII MERITIS  
IN ARGUMENTVM RELIGIONIS QVOD IN  
VERITATEM CVLTVS CHRISTIANORVM INQVIRIT  
PRAEFATVR SIMVLQVE  
VIRO SVMMME VENERABILI ET  
ILLVSTRI

F. 523.

IO. LAVRENTIO  
MOSHEMIO

SEREN. BRVNSVICENSIVM DVCI A CON-  
SILIIS SACRIS THEOLOGIAE DOCTORI ET IN ALMA  
IVLIA PROFESSORI PRIMARIO AEDIVM VALLIS S.  
MARIAE ET LAPIDIS S. MICHAELIS ABBATI SCHO-  
LARVMQVE PER TERRAS GVELPHERB.  
EPHORO SVMMO CET.

THEOLOGO INCOMPARABILI MERITIS-  
QVE IMMORTALIBVS LONGE LATEQVE  
CELEBERRIMO

M. 5829<sup>no</sup>

FELIX NOVI ANNI dō Iō ccXLIII.  
AVSPICIVM  
SVMMISSE GRATVLATVR



CHRISTOPH. ANTONIVS FRIDERICI  
ECCLESIAE TREFVRTENSIS PASTOR.

ISENACI  
APVD MICHAEL. GOTLIB. GRIESBACHIVM.





18  
I. JAVARTIO  
OIMSSIO  
UNIVERSITÄT  
LANDESBIBLIOTHEK  
SACHSEN-ANHALT  
MAGDEBURG  
1874





# VIR SVMME,



U*i* magna T*V*A prorsus & illustria in cœtum nostrum puriorem merita non nosset, omnino omnis eruditionis expers, ignarusque esse mihi videretur. Summi numinis sapientia non sine ratione mortalibus sic prouidit, vt diuersis diuersa distribuerit dona, ea etiam tales, vt ad munus, diuinitus sibi datum, excolendum, omnem nauent operam, impellit, illosque denique pro-

vidam optimi rerum parentis curam, dum viuant, digne adhibere decet. Sed si virum æternus rerum conditor orbi sistit, qui non in vnus studii artisque scientia, sed, vniuersa fere re cognita, & inuestigata, de singulis statuere potest, annon talem, vt|singulare DEI donum æstimemus? Et quæ numinis maximi gloria & donum est, cui etiam modestia T*V*A vnice omnia refert accepta, talem T*E* V*IR*V*M*, in tanta rerum scientia, tam in commune omnium literarum, adhuc iuuandarum & expoliendarum, bonum, quam in commune cœtus nostri diuinioris solatium natum & altum, præstas. T*V* enim, in vna eruditionis parte tantas fecisti progressiones, vt si nihil aliud, quam eadem de re edidisses specimen, studium tamen T*V*. V*M*, maioremque vim non satis admirari, valeremus. Sed tantas suscipere res, quantas non modo consequi, sed etiam cogitatione complecti, vix arbitrari possumus, iustam diligentemque sane meretur attentionem.

In præsentia rem tractare cœpi, qua considero, quanta sint merita T*V*A, quæ in illud argumentum religionis Christianorum, quod in cultus eorum veritatem inquirat, sese diffundunt,

cuius-



cuiusque vestigia passim in libris TVIS, omni pietate & eruditione refertis, reperiuntur.

Est veritas, quæ Christiani nominis cultorem præterire non debet, a multis tamen infensis hostibus, telis partim, mente eorum, acutissimis, partim hebetioribus, appetita, armis hinc prudentiæ fortissimis defendenda nobis esse videtur. Hanc nobilissimam, hanc vtilissimam dicendi seriem, in omnibus libris TVIS, sparsim passimque demonstrandam, adhuc in oculis TVIS tulisti, omnesque etiam alios, hanc rem consulto explicantes, & subtilitate & diligentia longe superas, *καιρούς χαλεπούς* probe sciens, de quibus PAVLVVS, legatus JESV CHRISTI, nos non solum fecit certiores, sed etiam in quos in primis præpotens numen nos referuauit. Nostro hinc æuo, omni modo eius studii culturam curandam esse duco, id quod pro summo, quo polles, iudicii acumine, magis quam ego, intelligis. Cum enim non procerum solum aulæ, sed etiam vilioris interdum fortis hominum tabernæ, veritatis diuinæ hostibus sunt impletæ, annon rident verbi sanctioris ministros, ut homines imperitos, simplices, ad auram popularem, modo lucri potiundi gratia, compositos? si de rebus, ad veram Christianis ineundam rationem, sermones faciunt, annon, verba quidem esse suauium, sed tamen veritate sua destituta esse, insaniunt? Quid TV autem, VIR SVMME, qui mature in locum principum oratorum venisti, in orationibus TVIS, auro contra caris, pro concionibus celeberrimis habitis, hac in re præstitisti? TV enim, ad alium in iis modum, omnibus, in conuentu diuini, oratoribus, si non imitandum, (est enim, quod in MOSHEMIO inimitabile est,) sed tamen sequendum, dux & auctor extitisti, & sic probasti, quantum Christianorum documenta, quæ ipsorum spem alunt, valeant. Quantum ego conicere possum, mirifice sane TVA delectat oratio, qua viuentem, triumphantemque IESVM, ex cruento legatorum eius mortis genere, demonstras. Et quis non acerrimo legendi tenetur studio? Si alteram æqua animi lance pensat, qua, præter iocum, insulsosque  
fales



sales, in veritate conuellenda, nihil solidi producentium, stultitiam, quæ tamen mire sibi blandit, verbis grauioribus perstrinxisti. Libens V. C. GOTTSCHEDII sententiæ accedo, quippe qui, homines, si, in oratione saltim una, TE, de rebus diuinis & gravissimis disputantem, vident atque legunt, plus, quam ex centum aliorum voluminibus, varia variis cumulantibus, sapere, eaque ratione DEO addici posse, arbitratur. Vera sane est sententia, quæ suo denique tempore pondere & probatione haud carebit, VIR SVMME, non cum TVA, quam iam dudum AGNO inculcato soli nuncupasti, sed cum æterna numinis immortalis laude mihi iam enumeranda: TV, post feros annos cœlitibus adscribendus, multos, opera TVA, vel duabus dictis concionibus ex errantium tenebris erutos, qui veram JESV viam, vt æquam, vt piam, vt numeris omnibus absolutam, a TE commonstratam munitamque sunt amplexi, hos ad sempiternam summi boni hæreditatem vocatos, delatosque, experieris. In caeteris etiam orationibus multum sæpeque indicasti, qua ratione veritates, & hanc & alias, in pulchritudine sua naturali, quam illustris BERGERVS alioquin commendat, TV autem in nostra sancta professione inprimis vrges, sine omni fuce, proponendas, aliisque laudandas esse, duxeris, vt auditores aculeos, seruatoris causam rectius cognoscere, fortiores persentiscerent. Quid mirum ergo? Si multi cum AVGVSTINO, AMBROSIVM audiendi, curiosi nempenon rerum, sed verborum æstimatores, veniunt, TE autem docente, sic alliciuntur, vt sicut ille, ita & hi, quasi prius explorantes facundiam, utrum conueniat famæ, postea afficiantur, vt res, quas amplius dirimere non valent, cum verbis simul in animum veniant, adeo vt nesciant, vtrum res oratione, an verba sententiis illustrentur. Quicquid contra famosum, & improbissimum mendaciorum machinatorem, TOLANDVM, in vindiciis TVIS veterum Christianorum disciplinæ, ex primis fontibus, pro JESV CHRISTI, suæque gentis gloria, declaraueris, illi, qui æstimant, operam TVAM, nunquam interituram, magno-  
X 3 pere



pere pendendam esse, decernunt. Apparatus hominis istius infelicitis, cui furor arma subministrabat, ad reipublicæ sanctæ internecionem, spectare videbantur, TV autem eum, vt vanum, vt friuolum, vt monumentis veterum plane aduersantem, toti orbi sistis. Et sic etiam historiæ TVAE, quæ ecclesiæ conditionem exhibet, memoriam commoues, annon TIBI mens fuit pia, vt veritatem semper illumines, errorum fontes & progressiones etiam sedulo inuestiges, neminique, vt multi præpostere faciunt, ex præiudicata sanctitatis notione, aduleris? Multi enim ob id, quod doctores veteris ecclesiæ sanctimoniam externæ notam præ se ferunt, eos etiam statim omnis erroris immunes esse, cogitarunt, qua re, admodum aduersa, quantum veritati ipsi, nullam personarum commendationem respicienti, offecerit, & quas Christiani nominis inimicus, inde falsas concludendi rationes elicuerit, TE, VIR SVMME, non fugit. Contra autem, eorum etiam partes fastidis, qui tantorum virorum labores quisquiliarum locis adsignant, seque solos, tanquam omnis veri indagatores, æstimant, aliisque obtrudere conantur. Quæ vera ab iis, qui venerabile patrum nomen sustinent, dicta, vt veritatis dogmata, quæ communi reipublicæ Christianæ commode inseruire possunt, quæ ea autem lædunt, propiusque ad Stoicorum & Platoniorum decreta accedunt, etiam modeste, ne veritas periclitetur, sunt indicanda? Et dum hanc commonstras viam, quid laudis TIBI non est respondendum? Jam, TE duce, in eo ampliori campo forte non vis, plura investigandi, sed tantum, TVA legendi, delectatio in posterum postulabitur. Studia, certe, magis Christianæ genti frugifera elegisti, quam si alii ex Ebræorum magistrorum sterquiliniis, mira sibi invenire, imaginantur. Et quid de THEOLOGIA TVA Morum dicam, opere summo & perfecto? Quid in ea, vtrum stili concinnitatem, an rerum copiam selectarum planeque egregiarum, an nexum, vt aiunt, systematicum, cum periodo tamen liberaliori coniunctum, vel incomparabilem oraculorum diuiniorum interpretandorum rationem,





nem, admiratione complectar, nescio. Sufficit, me, instar omnium esse, putare, quod genuinam vbiuis indolem actionum sanctorum, quibus ad meliorem mentem, pietatisque studium redimus, quam & fortis Christianorum cauillatorem, postea, non modo, vt æquam, sed etiam ex delineatione TVA desiderabilem appetere oportet, partim ipsam religionis veritatem, plane doctissime solidissimeque, expressam, dedisti. Vani quidam, qui putant, se in hoc TVO libro pulcherrimo non placita Chinesium, leges Lycurgi, aliorumque quæsiuisse, facebant. Sed quid sibi isti homines velint, ignoro. Annon fines TVOS contemplantur? nonne vident? speciosa hæc Confucianæ gentis præcepta, quæ irrisores hodie Christi legibus longe anteponunt, ex fontibus suis eum in finem esse manifestata, ornataque suo sic denudata, vt lege hac appareat potissimum, quid inter motus, virtutesque naturales, licet magna externaque specie indutas, & spiritu diuino excitatas, distet: nonne commendandum, vt hæc opiniones præiudicatæ tollantur? quo eo magis veritati, quæ in IESV nostro prostat, aperiatur via, quam homines etiam impii, si resipiscant, ceu regiam tandem ingredi tenentur. Quamuis, VIR SVMME, a iudicio meo infirmiori haud stes, nam præclara mentis TVAE acies, quid ad gentis Christianorum emolumentum spectet, optima TIBI lex est, tamen, quod rem hanc, paulo liberius attingendam mihi sumserim, pace TVA dictum sit. VIR SVMME, expleas meum, multorumque, TE in pretio habentium, desiderium, libellum, (si modo duas tantum MOSHEMIANAS paginas sic appellare licebit,) de Religionis veritate conscribas, rogo atque obsecro, hem, quæ pulchra, quæ firma, quæ noua, pro antiqua salutis supremæ obtinendæ via, momenta non exhibebis? fructus fore vberrimos, plane confido. Mutius quidam paterni iuris defensor, & patrimonii propugnator sui; in Ciceronis Oratore delineatur. TV certe, vt elatius dicam, paterni nostri communisque iuris defensor, patrimoniique, quod in cælo adseruatur, felicissimus propugnator esse, potes. Laborem ergo hunc





hunc vnum, DEO annuente & iuuante, modo petitioni veniam des, adhuc aggredere. Ille, qui causam suam non derelinquet, TIBI vires gratiamque contribuet. TV es pignus, ecclesiae diuinitus datum, nos tantum dona TVA, quin DEI, in TE reposita, veneramur. Propter varias diuersasque scientias, Galli suum FLECHIERIVM, ROLLINIVM, PICTETVM, TILLEMONTIVM, Angli MANTONIVM, TILLOTSONIVM, BINGHAMVM, CVDWORTHIVM & STANLEIVM, Bataui suum SPANHEMIVM & VITRINGAM admirentur : nos in vno MOSHEMIO horum omnium ideas videmus expressas. Maeste gratia virtuteque porro esto! diuinis donis distinctus, ecclesiam, spartasque TVAS honorabiles & ornes & adiuues. DEVS immortalis, cui egregie seruis, TIBI, anni huius noui auspiciu, felix, faustum, fortunatumque esse iubeat. Euangelicae *παρηγορησις* incrementa, cum annis, semper impertiat, sanitatem inconcussam, tantisque laboribus parem, conseruet, diesque TVOS diutinos esse velit. TE ad ecclesiam Christi leuandam natum esse, scio, hinc me apud DEVM voti mei compotem fore, firmiter spero. TV autem, VIR SVMME, etiam illi accedes, si studium operamque TVAM dignissimam, gloriae IESV CHRISTI porro inferuire, multorumque animos ad inuisibilia rapere posses, id quod indubitate etiam fiet, senties. Dab. Trefurti, ad diem xxvii. Decembris, qui in sanctioribus factis Fer. III. nato seruatori dicatus, A. R. S. clb lb cc XLII.

SONDRSHVSAE,  
LITERIS IACOB. ANDR. BOCKII, TYPOGR. AVLICI.



nc





ULB Halle  
006 910 98X

3









7035.

37

DE  
MAGNI MOSHEMII MERITIS  
IN ARGVMENTVM RELIGIONIS QVOD IN  
VERITATEM CVLTVS CHRISTIANORVM INQVIRIT  
PRAEFATVR SIMVLQVE  
VIRO SVMMME VENERABILI ET  
ILLVSTRI

P. 523.

IO LAURENTIO  
MIO

SE  
SIL  
IVI  
M

VM DVCI A CON-  
TORI ET IN ALMA  
AEDIVM VALLIS S.  
ELIS ABBATI SCHO-  
GVELPHERB.  
CET.

T

ABILI MERITIS-  
NGE LATEQVE

M. 582

MO  
clb l3 cc XLIII.

M  
VLATVR  
S FRIDERICI  
NSIS PASTOR.



APVD MICHAEL. GOTLIB. GRIESBACHIVM.

